Q.K. 702,17.
603

D. CAROLI FRIDERICI SCHOEPFFII,
P. P.
DISQUISITIO DIPLOMATICO-HISTORICA
DE

MARCHIONIBUS SVINFURTHENSIBUS,

COMITIBUS
FRANCIÆ ORIENTALIS
PALATINIS,
oder
von denen
Marck-Graven von Schweinfurth/
als
Saaliſchen Pfaltz-Graven
in
Francken/

PROGRAMMATIS
LOCO,

cum Lectiones publice & privatim habendas
indiceret,
propoſita
SVEVOFURTHI.

II n 4304
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

LITERIS MORICHIANIS. *d.* . *Maji* 1741.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-422782-p0001-7
DFG

S. R. I.

LIBERÆ ATQUE INCLUTÆ

REIPUBLICÆ SVEVOFURTHENSIS

CONSULI CONSULARIBUS

CETERISQUE

SENATORII ORDINIS PATRIBUS

PATRIÆ

MAGNIFICIS, PRÆNOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS AC PRUDENTISSIMIS

DOMINIS ET PATRONIS SUIS ÆTERNUM DEVENERANDIS

DISQUISITIONEM HANC EXIGUAM, PROGRAMMATIS LOCO CONSCRIPTAM, EA QUA PAR EST REVERENTIA,

CONSECRAT, ET SE ATQUE OFFICIUM SUUM, NEC NON FORTUNAM COMMENDAT

CAROLUS FRIDERICUS SCHOEPFF,
U. J. Dr, & Gymnaſii PP.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-422782-p0002-2

Cic. L. I. de offic. cap. XVII. §. 14.

OMNES OMNIUM CHARITATES PATRIA UNA COMPLEXA EST &c.

Etſi verear, ne quis me cenſura temeritatis afficiat, dum *Marchiones Svevoforthenſes* poſt tam longa temporis intervalla laudibus celebrare, & eos tanquam *Comites Palatii Salisburgenſis primarios* deducere conſtituo: Attamen tanta Franciæ orientalis noſtræ decora, memoriam puta Ducum Franconiæ, & Gentis hujus illuſtriſſimæ, prorſus tumulare nefas foret; ſententiam vero noſtram per omnia veritati congruere, liquide patebit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-422782-p0003-8

Si enim, uti res eſt, Imperatores & Reges Francorum in cunctis Germaniæ provinciis Palatia habuerunt ſua & curias regales, (a.) inter illa vero in terris noſtris Salicis Palatium celeberrimum Salæ, *Salzburg*, juxta fluvium Salam à CAROLO M. conſtructum, una cum Curia Regis, *Königshofen*, dicta, (b.) præ omnibus adeo eminuit, ut non tantum *CAROLUS* ipſe, ſed etiam ejus Suc-

(a.) Vid. PROGRAMM. NOSTR. *de Sagi-Baronibus in Mallobergiis, pag. 6. lit. l.* quod etiam ſat bene infert SCHUBERTUS *de Comitibus Palatinis pag.* 182. *verſic: Sic etiam videtur.* Nec non ILLUSTRIS DNUS à LEIBNIZ *de vexillis Imperii pag.* 15. 16. & ex illis *Excellentiſſimus Prof. Helmſtad. Dominus* KRESSIUS *in diſſ. de variis jurisdict. generibus, §. IV. num. XI. pag.* 50.

(b.) De hac curia Regis illuſtr. *Dn. à* LEIBNIZ, in *diſquiſitione de Orig. Francorum* §. 36. ita ſcribit: *Atq; hic eſt Sala fluvius, ad quem CAROLUS M. aliquoties egit, ibiq; Palatium Regium habuit, cujus nomen hodieq; ſupereſt, in Königshofa, villa ſeu aula regia, ut antiquiſſimus Poëta Saxo ſcribit;*

Naſcenti vicina Salæ.

Hinc æq; *illuſtris Dnus ab* ECCARD in notis ad dictum Leibnitium, *voce, Königs-hofa*, ea de cauſa, quia, teſtantibus annalibus Laureshamenſibus, Rex per Mœnum ad Salæ Palatium navigarit; *Königs-hofa* autem aqua adiri nequeat, inferius Palatium Salæ *Neuſtadii* quæſivit; Sed res aliter ſe habet, duo nimirum erant Salæ, Neoſtadium, quod Munſterus rectiſſime ſuperiorem vocat Salam, & inferior Sala prope curiam Königs-hofam ſita, quod æq;, uti ſuperior per fluviolum aqua attingi poteſt, & ibi, uti infra patebit, CAROLUS M. Palatiolum venatorium exſtruxit & ſæpiuſcule

Succeſſores plurimum ibi temporis, animum & vires corporis recreandi cauſa, conſumſerint, & curias, nec non conventus frequentaverint, ſicq; curas exantlatas interdiſtinxerint; (c.) Nullum ſane penes me reſidet dubium, quin etiam in hac provincia, Fiſco regio adſcripta, adhuc alia palatia, prædia, terras, Comites Palatinos, Officiales, Miniſteriales, milites, Scabinos & ſervos ſuos fiſcalinos habuerint. Nec conjectura nos fallit. Sic enim præter Palatium *Salzburg*, Salam ſuperiorem, non tantùm in Sala inferiori prope *Königs-hofam* ſita, ædificari curavit Palatiolum, ſed etiam *Svevofurthenſe* ſuo modo huc referri poteſt. In his vero terris Comites Svevofurthenſes munere Comitis Palatini primarii fuiſſe functos, diplomatum duo de Anno 1000. & 1058. verbis diſertis luculenter evincunt, quorum Inſcriptiones in quodam manuſcripto Chronico ita ſe habent: Den 15. Maji A. 1000.

 &

cule frequentavit, in curia vero adjacente Comes Palatii ad campos reſidebat, qui recta judicia nomine Regis terminabat. *Vid.* Unſern kurtzen Entwurff vom Ober-Hoff- und Land-Gericht zu Schweinfurth *pag.* 7.

(c.) In hac planitie enim Carolus M. cum Saxonibus pacem firmavit. *Vid.* interim *illuſtr. Dnum ab* Eccard *rerum Francicar. Tom. I. Libr. XXV.* §. *XL. pag.* 741. *&* §. *LVIII. pag.* 752. *it. Tom. II. Libr. XXVIII.* §. *CCXXXV. pag.* 208. *&* CCCII. *pag.* 558. *Libr. XXIX.* §. *VIII. pag.* 321. §. *CIX. pag.* 350. §. *CCCXXXIV. pag.* 362. *Lib. XXXII.* §. *XLIX. pag.* 773. *Libr XXVII.* §. *VI. cum ſqq. pag.* 20. *it. in Legibus Salicis pag.* 5. *&* 258. *nec non in ſuo libello* von der Saltzburg.

Dipl. illud habetur apud Schannat Vindem. II. p. 108 (et Eccard von der alten Saltzburg p. 29. emendatius ex autographo: sed nihil ibi de Com. Palatino. frisch p. 448.)

~~& 1058.~~ gibt Käyſer Otto III. dem Stifft (Würtzburg) das Schloß und Sitz zum Saltza ſamt dem gantzen Saltzgaw und umliegenden Sachſen-Forſt, auſſer was Götz der erſtere Truchſeß von Saltzburg und NB. die Pfaltz-Graffen daran gehabt haben. Anno 1058. d. 29. Jan. hat Frau Richeſin Königin in Pohlen, Pfaltz-Graff Hetzen Tochter, dem Stifft ihren Antheil an dem Sitz zum Obern-Saltza (jetzo Neuſtadt an der Saal) gegen etlichen Gefällen in Thüringen und Henneberg Wechſelweiß gegeben, Jngleichen Hertzog Otto in Schwaben gemeldter Richeſin Bruder, als Er ohne Leibes-Erben mit Todt abgegangen, ſeinen Theil an Ober-Saltza dem Stifft Würtzburg auch vollend übergeben laſſen. Quod ne quidem Friſius (d.) celare poteſt, primum documentum Anno 1000. in lingua vernacula producens, has traditiones ita recenſet: Und obwohl dieſes Käyſers Otten Ubergab ſcheinet, als wären Jhm alle und jede Leuth, Gütter, Recht und Gerechtigkeit, Gefäll und Nutzungen zu Saltz allein zugeſtanden, und durch erzehlte Ubergab auf den Stifft Würtzburg gewendet; So haben doch andere mehr Leuth auch Theil daran gehabt, nemlich die Pfaltz-Graffen, welcher Theil aber folgender Zeit im Jahr des HErrn 1058. auch an den Stifft kommen iſt, durch eine Königin zu Pohlen, die eine gebohrne Pfaltz-Gräffin geweſen, wie du dann hernacher an ſeinem Orth ferner davon hören wirſt. Nimirum pag. 473. ita pergit: Wie der Sitz zu Saltza der Königin in Pohlen zuſtändig, an Stifft

Wirtz-

(d.) Apud *per illuſtr. Dn. a LUDEWIG ſcriptor. rerum. Francicarum pag.* 450. & *pag.* 473.

Würtzburg kom̃en: Neuenſtadt unter der Saltzburg an der Saal iſt etwa ein Dorff geweſen und Ober-Saltz geheiſſen, zu Unterſchied des niedern Dorff Unter-Saltza/ ſo noch vor Augen liegt, in welchem Dorff Käyſer Carl der Groſſe ein Jagd-Haus gebauet, auch offt dahin kommen, iſt folgend zum halben Theil in der Hertzogen (e.) von Francken, zum andern Theil in der Hertzogen von Sachßen Hand kommen, und hat Käyſer Otto III. davon ſamt dem Saltz-Forſt und Saltzgaw Biſchoff Heinrichen dem erſten dieſes Nahmens zu Würtzburg und ſeinem Stifft in Ewigkeit zu behalten übergeben, der andere halbe Theil iſt an Pfaltz-Graff Hetzen, ſo aus der Linie und Stammen der Hertzogen von Francken herkommen, und nach ſeinem Tod an Hertzog Otten zu Schwaben und Frau Richeſin Königin in Pohlen, des letzt genannten Pfaltz-Graff Hetzens Eheleiblichen Sohn und Tochter gewachſen, die beede keine leibliche Erben hatten. Und in dem Jahr 1058. übergab die gemeldte Frau Riches, Königin in Pohlen, Biſchoff Adelberten und ſeinem Stifft Wechſelweiß ihren Theil an ſolchen Sitz, mit allen ihren Eingehörungen, Gereitſchafften und Geſchirren, Dörffern, Weilern, Dinſtleuthen, Hoff-Geräithen, Gebäuden, Aeckern, Wieſen, Feldern, durch die Hand ihres Curatoris oder Vormund Hertzog Conrads von Cärn-

(e.) En! *FRISIUS* Comites Palatinos, *Duces Franconiæ*, & Imperator Otto III. in prolato documento de Anno 1000. Henricum Comitem Palatinum & Marchionem Suevofurthenſem, ſeinen lieben Hertzog Heinrichen nominat, ex quo eluceſcit, quanta fuerit dignitas Comitis Palatini primarii.

Cärnthen und Venedig, dagegen gab Biſchoff Adelbert ihr der Königin ſeine Gefäll, Nutzungen und Recht, die Er in Düringen und zu Schmalkalden, Lindenfelß, Dorff Meinungen, Marck Rurinfeld, Madelrichſtatt und Warburghauſen, ſamt allen ihren Anhängen ihr Lebenlang innen zu haben und zugebrauchen ꝛc. Ihr Bruder Hertzog Otto von Schwaben hatte, wie obſtehet, auch keine Leibes-Erben, und gab darum ſeinen Theil an Obern-Saltza an den Stifft Wirtzburg, gleicher Weiß, wie ſeine Schweſter die Königin gethan. Equidem mihi non nemo objicere poſſet, in allegatis monimentis, ne ſyllabam quidem indicare, quod *Henricus Comes Palatinus primarius* & ejus filius, *Otto Dux Sveviæ*, nec non filia *Richeſis*, *Regina Poloniæ*, ex gente *Marchionum Svevofurthenſium* fuerint oriundi; Sed ſalva res eſt. Quis enim ea obſeptus eſt mentis caligine, & Patriæ noſtræ laborat hiſtorica ignorantia, qui non, in hiſce documentis & eorum inſcriptionibus non alium, quam *Henricum Marchionem Schwainfurthenſem*, qui Salæ quoq; ſua bona avita poſſedit, & Anno 1003. ob denegatum Bojoariæ Ducatum, adjuvante eum *Boleslao Polono*, *Regi Henrico* Claudo rebellabat, (f.) quaſi digito indigitari, & *Ottonem*, quem manuſcripta Chronica Suevorum-Trajectenſia perperam, ex alia gente ſangvinem traxiſſe, ſtatuunt, ejus filium; *Richiſam* Poloniæ Reginam verò *Ottonis* ſororem extitiſſe clariſſime perſpiciat. (g.) Idq; porro ex eo concludas, quod, teſte *Diet-*

(f.) v. *ECCARD. Libr.* XXII. §. CXVIII.

(g.) Verba illuſtris *GUNDLINGII in Diſcurſu* über das *Jus publi-*

DIETMARO, Merſeb: (h.) *Henricus Marchio Schweinfurthenſis*, cum *Rex Henricus II.* in avitis ejus terris eundem perſequeretur & Bojoaria expelleret, per Bohemiam ad Boleslaum confugiſſe dicatur, de qua re *LAURENTIUS FRISIUS*, quando totam hanc hiſtoriam, ſuffragante annalium veritate, recenſet, nos adhuc certiores reddit. (i.) Es war um dieſe Zeit ein Herzog in Böhmen Boliſta (Bolisla) genannt, den fieng ſeiner Mutter Bruder der Herzog von Pohlen, auch Boliſta geheiſſen, denn dazumahlen Pohlen und Böhmen noch nicht Königreiche, ſondern nur noch Herzogthümer geweſen, lieſſe Jhm die Augen ausbrechen und nahm das Hertzogthum Böhmen mit Gewallt ein, ſo entböhrte ſich auch zu ſelbiger Zeit Marggraff

B Hein-

cum ut adponam, operæ pretium eſt, inquientis *pag.* 66. Da nun Otto von Wittelsbach wieder ohne Kinder geſtorben, ſo iſt Marggrav Otto von Schweinfurth, filius Marchionis Henrici, Hertzog worden, welcher Marchio Franciæ occidentalis gegen den Böhmen, geweſen, und das heutige Brandenburg. Land gehabt, denn die heutige Marggraffen heiſſen ſo, weil ſie aus dem Haus Brandenburg ſind. Cyriacus Spangenberg, ein geſchickter Mann, in der Hennenbergl. Chronick meynet, die beyden Familien von Schweinfurth und Hennenberg wären verwandt geweſen. Er hilfft uns auch aus dem Traum beym Dietmaro Merſeb., als der von einem Henrico Marchione Orientali ſagt, daß Er Hertzog in Bayern werden wollen, den etliche vor einem Oeſterreicher gehalten, er ſagt aber, Er wäre ein Schweinfurther geweſen. Vid. *Lambertus Schaffnaburg.* & *Leibniz Tom. ult. rerum Brunſvic.*

(h.) Libr. V.
(i.) Apud. Ludwigii Scriptores rerum Franc. ad Ann. 1058.

Heinrich von Oeſterreich (k.) wieder den obgenannten König Heinrich, und thate Ihm Schaden, und war der gemeldte Hertzog Boliſta von Polen in ſeiner Hülffe, darum erhub ſich König Heinrich im Auguſt Monath des obbeſtim̃ten 1003. Jahrs mit Hülff der teutſchen Fürſten, darunter Biſchoff Heinrich von Wirtzburg in eigener Perſohn ſelbſt mit war, und zog durch Bayern auf gemeldten Marggrav Heinrichen, denſelben am erſten zu ſtraffen; Als aber der König mit ſeinem Kriegs-Volck auf die Stadt Hatterburg (l.) wollte, und diejenigen, ſo ſeinen Schatz führeten, vorhin geſchickt hatte, ſtieſſen des Marggraven Ritter an dieſelben, nahmen Ihnen den Schatz mit aller Gewalt, und flohen damit in die Stadt Martell. (m.) Denen

(k.) Auſtria quoq; dicta eſt Franconia. *ECCARD. Rer. Francic. Tom. II. p.* 42. 45. 248. Auſtraſii Francones *l. c. pag.* 314. & 317. Auſtraſiorum Ducatus i. e. Franconia *l. c. pag.* 311. Auſtriæ partes, Franconia *c. l. pag.* 82. unde Chronicon quoddam manuſcriptum locum Friſii ita explicat: Wirtzburg. Chronick nennt ihn (Henricum Marchionem Suevofurthenſem & Comiten Palatii,) Marggraven von Oeſterreich, Dietmarus Decus orientalium Francorum. Es kan auch ſeyn, daß Er ſonder Zweifel deßwegen von Oeſterreich genennt worden, weil etliche davor halten, daß Franckenland ſeye vor zeiten auch Auſtria genannt worden, unter welchen auch *GOROP. BECCAN. Francicorum Tom. III. pag.* 80.

(l.) *Hattersburg*, quod illuſtris *Dn ECCARD. Libr. XXXII. Tom. II. pag.* 812. *Hersbrugam* hodie dici putat, oppidum jam Norimbergam inter & Sulzbacum ad Pegnizam amnem.

(m.) *DIETMARUS Libr. V.* hunc locum *Ammerdelam* vocat, principemq; *Henrici Marchionis* ſedem. Apud *Aventinum* vero &

nen folget der König nach, belägert und bezwang dieſelben, daß Sie Jhm die Stadt und was darinnen war, übergaben: Doch vergönnt Er denen Leuthen, daß ein jeder in ſeinem Hembd bloß davon gehen, und des Lebens geſichert ſeyn ſolle; Er ließ die Stadt plündern und zu Boden abbrechen. Deßgleichen erobert Er die Stadt und das Schloß **Crunze (Cruzer)** (n.) darinnen Frau **Gailberg** des Marggraven Haus Frau war, die ließ Er mit den ihren hinweg ziehen, aber das Schloß und Flecken wurde verwüſtet. Dieweil denn der **Marggrav** ihn in ſeinem Fürnehmen nicht verhindern konnte, ſtieß Er die Stadt **Cran** (o.) allenthalben mit Feuer an, und zog den Nächſten in Böhmen zu **Herzog Boleslaum.** Nun hielt

& in Genealogiis à Schardio ex eodem excerptis occurrunt Comites de Sulzbach, Caſtell & Amerthal, Advocatiq inferioris Monaſterii Ratisbonenſis. Unde adparet Amardalam vel Martalam Sulzbaco propinquam fuiſſe. Reſtat ea adhuc in Bojoariæ Palatinatu & oppidum eſt Amberga urbe non procul. Et proinde *illuſtris Dnus ab ECCARD in reb. Franc. Tom. II. Libr. XXXII. §. CVIII.* concludit, *Marchionem Bertholdum*, patrem noſtri *Henrici*, *Adelbertum de Martala*, qui circa Annum 853. inclaruit & Ottonis Regis I. in bello inteſtino partes defendit, genitorem habuiſſe.

(n.) *DIETMARUS Lib. V.* hoc caſtrum *CRUSIN* vocat & ſuſpicatus eſt *ECCARDUS l. c.* eſſe *KREUSSEN* in confinibus Bohemiæ & Franconiæ.

(o.) Adhuc locus *Kræn* in Mœni littore infra Bambergam ſitus eſt, quanquam & *Cranachum* intelligi poſſit ad Mœni fontes jacens & Bohemiæ vicinum, per quam *Henricus* dicitur ad Boleslaum Polonum confugiſſe.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-422782-p0011-2

hielte ſich Frau Eyla/ des obgemeldten Herzogen Mutter in einem Caſtell/ Schwinvord genannt/ auf/ darfür ſchickte der König Biſchoff Heinrichen von Wirtzburg und Abt *Erckenbaldum* von Fulda/ daſſelbige zu erobern und zu verbrennen. Als nun beede Herrn von Wirtzburg und von Fulda darfür kamen/ wurden Sie von der Frauen guttwillig eingelaſſen und ehrlich gehalten/ derowegen Sie gemeldten ihren Flecken nicht verbrenneten/ ſondern allein die Thürm und Mauren niederwarffen (p.) und erobert alſo König Heinrich das gantze Oeſterreich und verliche das andern zu Lehn. Sed ultimis hiſce verbis *Friſii* Auſtriam, hoc eſt, Marchionatum Franciæ, a Re-ge

(p.) Inter bona quoq; *Henrici* avita *Schweinfurthum* fuit, à quo filius ſuus *Otto Marchio Schwinfurthenſis* dictus fuit, & ibi Henrici Marchionis mater tempore expeditionis in filium latuit, *DIETMARO* teſte. *ECCARD l. c. pag.* 813. Hanc rem Chronicon *Dietmari* Merleb. ita narrat: Miſit tunc Rex Henricum Wirceburgenſem Epiſcopum & Erckanbaldum Fuldenſis Cœnobii Abbatem, ut *Svinfurthi* Caſtellum incenderent atq; diruerent, quos adventantes *HENRICI COMITIS* inclyta mater, *HEYLA*, ut tales decebat perſonas, ſuſcipiens & ſalutans, ut præcepta intellexerit regalia, perturbatur, concitoq; curſu ad eccleſiam properans, ibidem ignis concremationem prius ſuſtinere, quam, hac comburente, viva vellet exire, teſtatur, unde *Seniores privati*, ob Chriſti amorem ſeculares poſtponendo timores, decretam mutabant ſententiam, murosq; urbis & ædificia ſolo tenus frangentes, triſtem matronam his mulcebant promiſſis, ſi quando cum gratia Regis id fieri potuiſſet, hoc totum ex ſua parte ſe renovaturos, *add. SCHANNATUM IN BUCHONIA VETERI p.* 400.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-422782-p0012-8

ge Henrico II. occupatam, *Henrico Marchioni Svevoſurthenſi* prorſus fuiſſe ademtum & aliis conceſſum, ut ſubſcribam, vix ac ne vix abs me impetrare poſſum. Nam Henricum noſtrum bona ſua avita Suevofurthi, Salæ, aliiſq; in locis jacentia & ſuum *Marchionatum* ſive *Palatinatum* retinuiſſe & in priſtinum ſtatum fuiſſe reſtitutum, ſupra allatum documentum ſatis ſuperq; demonſtrat; Error *Friſii* vero in eo latet, quod Comites Franciæ Palatinos & Marchiones Franciæ orientales pro diverſis & non pro unis iiſdemq; perſonis habuerit, & Auſtriam Franconicam inſuper cum Auſtria hodie ſic dicta perperam confuderit. Nec eſt, quod amplius de hac noſtra opinione dubitemus, cum huic veritati clariſſimus Dnus *M. Cyriacus Spangenberg*, nec non *Chronica manuſcripta Svevo - vadenſia* quam proxime accedere videantur, quando nobiſcum ſentientes ita referunt: (q.) Es hatte dieſe Stadt anfänglich ihre eigene Herrn, **Graven und Marggraven** / wie ſich denn Gottwald der zweyte Graff zu Henneberg, ſo ums Jahr Chriſti 930. gelebt, Herrn zu Schweinfurth geſchrieben, nach deſſen Tod als ſeine Söhne getheilet, iſt Graff Bertholden (r.) Schweinfurth zu Theil worden, der ſich auch einen Marggraven daſelbſt geſchrieben, und ſeiner Gemahlin *Heylæ* dieſelbe zum Leib-Geding gemacht, dieſer iſt noch für dem Jahr Chriſti 1000. geſtorben. Ihm hat ſein Sohn ſuccediret Heinrich mit

 dem

(q.) *CHRONIC. HENNEBERG. pag.* 63. 65. 66. 67. & 72.

(r.) Comitem Bertholdum, non Gottevaldum, ſed Adelbertum de Martala genitorem habuiſſe demonſtrat *ECCARDUS l. c. pr. pag.* 813.

dem Zunahmen, *Hezelo*, Marggrav zu Oſt=Francken und Schweinfurth. Als nun dieſer mit etlichen Fürſten und Boleslao in Pohlen wieder Käyſer Heinrich den andern aus Bäyern, Claudus und der heilige genannt, weilen Er das Bißthum Bamberg geſtifftet, gedienet und alſo rebelliſch worden, daß Er Jhn nicht vor einen Käyſer erkennen wollen, aus der Urſache, weilen Er denſelben mit dem verledigten Herzogthum Bäyern nicht belehnen wollen, iſt Er Anno 1005. nach einem Treffen, ſo Er mit dem Käyſer gethan und verlohren, gefänglich geſetzet worden, und 2. Jahr auf dem Schloß Gibichenſtein geſeſſen, auff Vorbitt aber Anno 1007. wiederum loß kommen, und Anno 1017. den 18. Septembr. geſtorben, und zu Schweinfurth im Cloſter auf dem Berg gelegen für der Kirchen nicht weit von der Thür begraben worden. (s.) Bey dieſem Begräbniß ſind geweſen zwey Biſchöff, als Biſchoff Heinrich zu Wirtzburg, Biſchoff *Eberhard* zu Bamberg und ſonſt noch einer, Reichhülff genannt. Nach Frau *Heylæ* Marggraven Heinrichen Mutter Todt hat Käyſer Heinrich die Stadt einem andern Marggraven Otto von Schweinfurth genannt (t.) gegeben, und

(s.) Münſter. Coſmograph. f. 169.

(t.) Communis eſt error omnium Chronicorum Franconicorum, quod hunc Ottonem Marchionem Svevofurthenſem pro extraneo & non ex proſapia veterum *Marchionum Schwinfurthenſium* venditent, cum tamen, eum filium Henrici Marchionis fuiſſe, documentum de Anno 1058. extra

und nach Abſterben deſſelben, als des letzten Hertzogs zu Schwaben, kam die Stadt an *Eberhardum* Biſchoffen zu Eichſtädt, der ein Marggrav zu Schweinfurth war/ und bey Abſterben deſſelben Anno 1112. den 6. Jan. dem Reich heimfiel, welche, weil Sie auch der ſuccedirende Biſchoff gern gehabt/ mit Bewilligung des Käyſers und des Reichs mit Gredingen, einer Reichs-Stadt in der Obern Pfaltz, vertauſchet und völlig zu einer Reichs-Stadt wurde. (u.) Quibus itaq; præmiſſis & deductis, Duces & Marchiones Suevofurthenſes munere Comitis Palatii primarii fuiſſe functos, nemo amplius in dubium vocare audebit; Iis vero extinctis, bonis Salæ adjacentibus S. Kiliano in ſalutem animarum eorum ante interitum jam traditis, & ſic Patria noſtra civitate imperiali effecta, judicium Palatinum ſeu curiam regalem *Suevofurthin* fuiſſe translatum, & Palatium regium Suevofurthenſe, (x.) in do-

extra omnis dubitationis aleam ponat, & id ex aliis circumſtantiis *ILLUSTRIS Dnus ab ECCARD in rebus Francicis Tom. II. Libr. XXXII. §. CXVIII.* jam ante me viderit. Poſtquam vero hic Otto nomen Marchionis de Schweinfurth ſibi dedit, & Dux Sveviæ factus fuit, rectiſſime exinde conjectatur, Patrem Henricum bona ſua avita retinuiſſe, & in priſtinum ſtatum reſtitutum hæc allodia tam in Francia orientali, quam Svevia jacentia, nec non dignitatem Marchionis & Comitis Palatii ad ſuos poſteros tranſmiſiſſe.

(u.) Vid. illuſtr. Dnum *à FALCKENSTEIN in Antiquitat. veteris Nordgaviæ P. II. pag.* 211. ubi *huius illuſtriſſimæ* Gentis genealogiam & *in Antiquitat. Æiſtædt. P. I. p.* 125. ubi effigiem hujus Eberhardi Epiſcopi Æiſtædtenſis exhibet.

(x.) vid. noſtr. Programma de Sagi-Baron. in Mallobergiis.

documentis antiquis occurrens, ab eo tempore originem ſumſiſſe, admodum veriſimile eſt. Officium interim Comitis Palatii illuſtris Dnus *Johannes Georgius ab Eccard Reverendiſſ & Celſiſſimi Epiſcopi Herbipolenſ.* quondam *Conſiliarius intimus*, (y.) verba ejus ut adponam, ita depingit: *Quod Comitis Palatii inter cetera pene innumerabilia in hoc maxime fuerit ſollicitudo, ut omnes contentiones legales, quæ alibi ortæ propter æquitatis judicium, palatium ingrediebantur, juſte & rationabiliter determinaret ſeu perverſe judicata ad æquitatis tramitem reduceret, ut & Deo propter juſtitiam & coram hominibus propter legum obſervationem cunctis placeret. Si quid vero tale eſſet, quod leges mundanæ in ſuis definitionibus ſtatutum non haberent, aut NB. ſecundum GENTILIUM conſuetudinem crudelius ſancitum eſſet, ut Chriſtianitatis rectitudo vel ſancta authoritas merito non conſentiret, hoc ad Regis moderationem perduceretur, ut ipſe cum his, qui utramq; legem noſſent, & Dei magis, quàm humanarum legum ſtatuta metuerent, ita decerneret & itaq; ſtatueret, ut ubi utrumq; ſervari poſſit, utrumq; ſervaretur. Sin autem, lex ſæculi merito comprimetur. In omnibus autem ſecularibus controverſiis nemo abſq; Comitis Palatii conſultu Regem adeundo inquietare debeat.* Cæterum Comites Palatii, Marchiones Suevofurthenſes, quoq; titulo Burggravii inſigniti fuerunt, ſi quibusdam manuſcriptis chronicis eſt fides habenda. Ex eo vero differentia inter majores & minores Burggravios optime colligi poteſt, ita, ut illi, uti Burggravii Norimbergenſes ex illuſtriſſima gente Zolleriana oriundi, & ante illos Suevofurthenſes, Marchionis, Ducis & Comitis Palatii; hi vero, minores puta, uti Burggravii Fridberg. & Rotenbergenſes, aliiq; ejusmodi gentium

(y.) *Tom. II. Libr. XXXVIII.* §. *LIV. pag.* 95. add. perilluſtris *MARQVARDI FREHERI orig. Palatin. Tom. II. cap.* 1. *pag.* 2. & 3.

tium, Caſtellani tantum & vice Comitis munere fuerint functi; Quod aliis penitius ad inquirendum relinquo. Marchiones vero & Comites Palatini Franciæ orientalis principalem ſuam ſedem Suevofurthi (z.) & bona avita per totam Franconiam diſperſa habuiſſe, iis vero prorſus

C ex-

(z.) Patria noſtra originetenus terra & villa eſt immediata, ita ut veris & antiquiſſimis civitatibus imperialibus ſit annumeranda. Sic enim jam A. 711. &. 800. hæc villa regia, quamvis, uti ex documentis im kurtzen Entwurff des Käyſerlichen Land-Gerichts und Fränckiſchen Oberhoffs in Schweinfurth, p. 8. & p. 30. 1735. item *IN PROGRAMMATE de Sagi-Baronibus in Mallobergiis*, von alten teutſchen Rechts-Gelehrten in Oberhoffen p. 7. *Suevofurthi* 1740. & adjuncto ſub Num. III. adparet, ſuos jam habuerit Rectores, Regibus immediate parebat, & illi non niſi alienæ poteſtatis geſſerunt functionem. Neque ſequentibus temporibus, cùm in caſtrum, palatium & civitatem eveheretur, & Marchiones & Comites Palatii ibi ſederent, immedietati aliquid detractum fuit, ſed ut Judices ſuperiores Palatini jurisdictionem nomine Regis exercebant, caſtrum lege feudali tenebant, & nudi Regum & Imperatorum erant Vicarii & Procuratores Fiſci, qui inſimul in & extra urbem opima allodia intermixta poſſidebant. Vid. *noſtram diſſertatiunculam programmatis loco A.* 1740. *conſcriptam de Servis Germanorum, inprimis Palatii* von Reichs-und Pallaſt-Bauren. Ducale vero axioma magis denotavit dignitatem perſonæ, nomine Regis inſimul milites educentis, quàm poteſtatem territorialem. Quibus Rectoribus itaq; prorſus extinctis, caſtrum & feuda Imperio fiebant aperta, ita ut ultimo hujus gentis Eberhardo, Epiſcopo Æiſtædtenſi, allodia tantummodo manerent, & hiſce tandem Imperio ceſſis & cum bonis imperialibus Gredingenſibus permutatis, cum cæteris, antiquis nimirum & noviter reverſis bonis Imperii fuerint conjuncta, & tota hæc noſtra civitas Imperatori & Im-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-422782-p0017-6

extinctis hanc noſtram civitatem Imperio fuiſſe adſcriptam, ex ſupra deductis ſatis ſuperq; pateſcit, atq; inter alia id adhuc duo documenta de A. MLVII. & MLXXV. quæ mihi, dum hæc meditor & diſquiſitioni meæ colophonem imponere volui, ad manus veniunt, adhuc clarius demonſtrant, quæ in fugam vacui ſub Num. I. & II. adjicere placuit.

Quibus vero inſimul probe perpenſis, fateamini A. A. neceſſe eſt, *diſquiſitione hac diplomatico-hiſtorica* de MARCHIONIBUS SUEVOFURTHENSIBUS, COMITIBUS PRIMARIIS PALATII REGII, veritati me proxime acceſſiſſe, eamq; ex amore patriæ chariſſimæ conſcripſiſſe, *Viris Prænobiliſſimis, Magnificis atq; Prudentiſſimis hujus Reipublicæ Proceribus, Dnn. Conſuſuli p. t. regenti, Proto-Scholarchæ & Conſularibus, nec non Scabinis ceteriſq; Senatoribus honoratiſſimis*, Me, fortunam meam atq; officiolum omni meliori modo commendans. Hoc anno vero horis conſvetis B. *Joh. Eberh.* ROESLERI, *Philoſophiæ practicæ quondam PP. Tübingæ celeberrimi, Themata Jurisprudentiæ naturalis ad ductum Libelli Puffendorffiani de Officio hominis & civis* publice explicabo; Privatim vero Inſtitutiones Imperiales more ſolito & ſedulo declarabo, neq; iis, qui aliis profeſſionis meæ partibus operam navare cupiunt, unquam deero. PP. d. MDCCXLI.

Num.

perio adſcripta. Qua ratione primæ originis civitatis noſtræ imperialis ducendæ ſunt lineæ, & mirandum eſt, quod *CHRONICON GOTTWICENSE* hujus villæ regiæ antiquiſſimæ & potioris prorſus nullam injecerit mentionem,

Num. I.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Anno ſecundus, divina præſtante miſericordia, Colonienſis Archi Epiſcopus. Conſiderans ego quod fecit mihi Dominus magna qui potens eſt, anxius factus ſum pro eo, quod vix invenirem, quæ retribuerim Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi, his curis æſtuanti mihi divina pietas viam aperuit, quo pergens eo, quo deſideraveram attingere ſperaveram, ſcilicet ut ampliando eccleſiam dono mihi commiſſam his qui me præceſſerunt viris toto pene terrarum orbe tum ſanctitate, tum patrimonio tum generis claritate conſpicuis (ut pace illorum dicam) me ſtudioſius operante, parem illis factum eſſe dicere non formidem inde occaſione data Richezam Reginam ſuper quibuſdam prædiis SALEFELDT videlicet & *COBURGK*, quatenus de his precariam conſentiens ea S. Petro Coloniæ traderet, convenimus. Quod cum in aditu primo parum ad votum reſponderet, voluntas Dei fuit, ut non longo poſt tempore, quod quærebamus proſperam ac felicem haberet exitum. Unde notum eſſe volumus cunctis tam futuris quam præſentibus Domini Dei S. Petri fidelibus, qualiter Starethare quidam vir ingenuus & Comes, miles ipſius Reginæ præcepto atq; petitione Dominæ ſuæ, *Salfeldæ* caſtellum cum omnibus ac univerſis ad hæc pertinentibus terris ac ſilvis, foreſtis atq; piſcationibus, pratis paſcuis & quicquid ipſa proprietate habere viſa eſt, exceptis ſervientibus S. Petro Coloniæ ad uſum Archi-Epiſcopo Chriſtiano Advocato tradidit jure perpetuo poſſidendum: eo videlicet tenore, ut ipſius prædii uſumfructum domina *Richeza* uſq; in finem vitæ ſuæ teneat, ea quoq; ratione ac firmiſſimo interdicto, ne unquam aliquis Archi Epiſcoporum per Concambium vel cuiquam in beneficium dando SALEFELDT, vel ad hoc pertinentia a dominatu ſuo faciant alienari, niſi forte, quantum nos cum ejusdem Reginæ conſilio pro anima noſtra, nec non ipſius ſuorumq; parentum per monaſteria Coloniæ diſtribendorum ex ipſo ſtatuerimus, ſed & decimam veſtimentorum ſive cujuſcunq; generis pannorum, nec non lodicum, mellis & Cere in uſum monachorum in *Brunwillre* Regina diſ-

diſpoſuit. Nos quoq; pro devotione Chriſtianiſſimæ Reginæ non multa quidem a nobis quærenti, quanta tamen ipſa propoſuerat, in precariam ejus conceſſimus has videlicet villas dominicatus noſtri ei tradentes usq; in finem vitæ ſuæ, cum omni utilitate poſſidendas, *Gedtebach*, *Brickenheim*, *Wiſtoto*, *Moſendorffi*, *Muotorsheim*, *Blaſsheim*, Zuovero. Inſuper annis ſingulis centum marcas argenti de camera noſtra. Quæ omnia eo tenore facta ſunt, ut ſi quis vel Rex vel Epiſcopus, ſive ipſe ego, vel aliquis ſucceſſorum meorum de his omnibus aliquid minuere, vel aliquo modo mutare, niſi ipſa petente, tentaverit, odium Dei & S. Petri incurrat, ipſaq; ſit potens, SALEFELDA & omnia pertinentia recipere, eisq; ut propriis uti. Anno ab Incarnatione D. N. Ieſu chriſti MLVII. indictione X. VII. Kalend. Julii. Facta eſt hæc traditio in SALEFELDEN ſecundum legem & ritum Gentis.

Num. II.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Adelbero ſanctæ Würzeburgenſis humilis miniſter notum eſſe volumus preſentibus & futuri ævi fidelibus, qualiter nos qui donum & pacem electis Dei conſervata tota intentione conſequi nitimur ad miſericordiam Dei & ſuffragia Apoſtolorum Petri & Pauli confugimus. Hinc eſt etiam, quod nos eorundem Apoſtolorum Principum eccleſiam *Coburg* dictam peticione & conſenſu Domini Annonis Archi Epiſcopi, quo divina dignatio nobis contulit, ſublimare decrevimus. Et hic ex traditione nobiliſſimi Cunrat Ducis (a.) Bavariæ & Richze Polonorum Reginæ que venerabilis filia idem intencius reverentia devote intuita eſt diſperſis dedit pauperibus, orphanis, & viduis & eccleſias Dei noſtram videlicet & coloniam magnifice ditavit hereditate ſua, qua

(a.) FRISIUS ſupra *in disquiſit. noſtra Diplomatico-Hiſtorica. pag.* 7. & 8. hunc Cunradum Ducem Carinthiæ & Venetiarum vocat, de quo in obſervationibus noſtris ad terras ſalicas ſuaſu & hortatu magnorum virorum continuandis plura dicemus.

qua devotionis benevolentia venerabili AdelbertoSalveldenſis eccleſiæ fideli miniſtro, cunctisq; ſucceſſoribus ſuis Abbatibus monachis dedimus proprietatem ligandi & ſolvendi in verbo Domini, baptizandi, ſepeliendi, confeſſiones Dni percipiendi, in his locis *Vullebach*, *Crudeliz*, *Kezendorff*, *Truſtelſtadt*, *Kurtindorff*, & in curiis ſuis dominicalibus *Sithmarſdorff*, *Luter*, *Mierſdorff*. Si quis etiam habuit famulos ſive cenſuales infra unum milliare in quacunq; Parochia noſtri Epiſcopatus ſepeliatur ad eccleſiam ſuam & omnia eis ſacerdotum jura procurent, excepto ſynodo & feriis rogationum, preterea ſiqua plantata fuerint novalia in ſilvulis quæ ad Cameram ſervierunt præfate Regine ſub urbe *Aborn* GEMEINHOLZE ut preſcriptas villas procurent & ut nullas circum jacentis Parochiam impedimentum ab hoc paciantur. Statuimus hec igitur non ex noſtro ſolum arbitrio verum ex mandato Domini *Honori* Apoſtolici & Sigefridi Moguntini quorum Epiſtolas legimus & privilegia decrevimus & hoc ipſum privilegium noſtrum quod eidem contulimus eccleſie ſtabile & inconvulſum permanere in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti poteſtate beati Petri & nobis conceſſa corroboravimus. Acta ſunt hæc anno Domini incarnationis MLXXV. indictione XIIII. ſub Rege Henrico. Hujus rei teſtes ſunt, *Cunradus* Dux, *Otto* Dux de Svvinvurte, *Gerhardus* Advocatus Colonie item *Gerhardus Advocatus* in Coburg, hi Capellani noſtri, Cuno, Linehart, Hozil, Swipoto. miniſteriales noſtri: Gozwin, Helmbol. Eſpert, Adebold. Scacko & alii plures.

Num. III.

Gerharti Donatio Bonorum in Suainfurthin, Eitrungensbach, Geltersheim, de Anno 865.

Notum ſit omnibus *Fidelibus noſtris*, (b.) quod Ego Gerhardt, quiquid de propria mea hereditate, id eſt in Suanfurthin, J. in

(b.) Hic Gerhartus igitur in diſtrictu Suevofurthenſi jam illo tempore vaſallos ſub ſe habuit.

in Eitrungesbach (c.) & in Geltersheim (d) & in Graſatellin (e.) & in Ebalinbechin (f.) &c totum atque integrum illud trado coram Teſtibus in manum Amici mei RAMVOLEI, (g.) ut ille hoc cum omni integritate pro ſalute & remedio animæ meæ tradat ad ſanctum Bonifacium, ut ibi in illa congregatione ſancta, mea æterna mereatur eſſe memoria, & iſti teſtes ipſius Traditionis Albuvin. Vuolfgrim. Vicolf. Hetan, Heriger. Hatuvin. Engilbild. Nidger. Reginheei. Hatto. Theotbald. Ercanhart. Sanavuart. Svvarzaloh. Foleger. Engiſcale.

Tradito Eorundem Bonorum facta per manus Ramvolfi.

Ego in Dei Nomine HRAMWOLF. dono atque trado, traditumque in perpetuum eſſe volo ad Sctum Bonifacium quicquid mihi Gerhardt de ſua propria Hereditate in iſtis ſubternominatis villulis, tradiderat id eſt in Suainfurthin & in Eitrungesbach & in Geltersheim & in Graſſatelin & in Ebulinbechin cum omni integritate trado, ſicut ipſe mihi tradiderat, id eſt, in Terris, Sylvis, Campis, Pratis, Paſcuis, Aquis, Aquarumve Decurſibus, Domibus, ædificiis, mancipiis & de omnibus rebus quicquid dici & nominari poteſt, ita ut a die præſente cuncta tranſeant in Veſtrum Dominium, nullo, quod abſit, contradicente & iſti ſunt Teſtes illius Traditionis Albuvin. Vuolfgrim. Vuolf. Hetan. Heriger. Ratuvin. Engilbald. Nidger. Reginheri. Hatto. Theobald. Ercanhard. Raravart. Svarzaloh. Foleger. Engiscale.

(c.) Eitrungesbach nondum indagare potui.

(d.) Geltersheim prope Suevofurtum ſitum & Epiſcopatui Herbipolenſi ſubeſt.

(e.) Hodie Greſthal, Graſel vocatur & Suevofurtum & Hamelburgum interjectum eſt.

(f.) Forte Ebelsbach.

(g.) Amicus Vaſallum denotat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-422782-p0022-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-422782-p0023-9

QK II a 4304

VD18

X 338 1201

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-422782-p0024-4

..402,17.
603
II n 4304

D. CAROLI FRIDERICI SCHOEPFFII, P. P.

DISQUISITIO DIPLOMATICO-HISTORICA
DE

MARCHIONIBUS SVINFURTHENSIBUS,

COMITIBUS
FRANCIÆ ORIENTALIS
PALATINIS,

oder
von denen
Marck-Graven von Schweinfurth/
als
Saaliſchen Pfaltz-Graven
in
Francken/

PROGRAMMATIS LOCO,

cum Lectiones publice & privatim habendas
indiceret,
propoſita
SVEVOFURTHI.

LITERIS MORICHIANIS. d. . Maji 1741.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-422782-p0025-0